

tam ab anno 1118. ex concessione Gelasi II. ad petitionem Petri Aulurii, qui ipse villa primus fuit reparator: ita Collegialis exiit usque ad annum 1597. quo Cathedra Episcopali decorata fuit iussu Philippo II. per Clementem VIII. Pont. Rom. etc. tam Cathedra Episcopali decorata fuisse anno 50. probat Argas tom. 2. de la Poblacion Ecclesiastica, dicto anno: plura de hujus civitatis amplitudine congerunt Egidius Gonzalez in thesauro ipsius Ecclesie. D. Joanni cognomente Dominguez, missa est presens decisio.

b. *Suae Mem.*) Monasterium S. Mariz, & S. Joannis de Sacra Menia, est in Segobienfi diocesi non longe a Pontidosa, Ordinis Cisterciensis. Ita dictum, quia ejus fundatores sacras R. Virgini imaginibus, sacramenta dixerunt: illud cenobium dicitur Alfonso Imperator presenti privilegio: (In nomine Domini. Cum Scriptura nos omnibus beneficiis subeat, Ecclesie, & Ecclesiasticis viris Dei cultoribus est elemosyna precipue facienda, juxta illud Apostoli: Facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Ea propter ego Alfonso Imperator Hispania, una cum uxore mea Berengaria, grato animo, voluntate spontanea, nemine cogente, pro Dei amore, pro mea, parentumque meorum salute, pro peccatorum nostrorum remissione, Ecclesie S. Mariz & S. Joannis de Sagremenia, Dominoque Raymundo ejusdem Ecclesie Abbati, ceterisque fratribus in eodem loco sub regula S. Benedicti in perpetuum mansuris, & modo manentibus omnem hereditatem, quam in Sagremenia habeo, & mihi jure regio pertinet, hereditariam dono, & hereditario modo semper eis habendam concedo. Dono, inquam, meam Serenam de illa Alda Falconis, &c. Facta charta in Arevalo, decimo septimo Kalendas Martii, anno nono Imperii prescripti Alfonso Imperatoris, era M. CLXXXII. ipso predicto Imperatore imperante in Toledo, Legionis, Saragocia, Nagera, Castellae, Gallicie.) Refert Manrique re. 1. *anual. Cisterciensis, anno 1141. c. 8.* ubi plura de hoc monasterio congerit. Hujus monasterii Abbat Raymundo II. dicto missa est presens decisio, cuius etiam meminit idem Manrique anno 1223. cap. 1. *num. 50.* & Vivar. in *Joanna Eremite vindicata, in fine, Marc. Max. §. 11.* De Ecclesia Palentina, Segobienfi, & Oxomoni jam aliqua notavi in c. de hoc, de Simon.

c. L.) Leo videlicet, ex Canonico regulari Congregationis S. Prigidiani Lucensis Diaconus Cardini. tit. S. Lucia, ut post Gicconium refert Cironius in notis ad hunc textum, in 6. *capit.*

d. *Castro Soris.*) In cap. *constituit, de Sede vacante*, ubi est alia pars hujus decisionis, legitur de Castro Soris: Cajacius in presenti legit de Castro Soris; sed legendum est, de Castro Geriz, in qua villa est Ecclesia Collegialis, & in Ecclesia Metropolit. Burg. est dignitas Archidiaconi de Castro Geriz, & ita inter Canonicos Ecclesie Sancte Marie de Castro Geriz, & Archiepiscopum presens controversia tractabatur.

e. *Vacante Sede Burgenfi.*) Defuncto enim 18. die mensis Martii, anno 1217. Don Garcia a Contreras, secundo hujus nominis, vacavit Sedes Burgenfis usque ad annum 1214. in quo die 22. Junii electus fuit D. Mauricius, unicus hujus nominis, natione Gallus, qui in Hispaniam venerat cum D. Eleonora filia Regis Anglie, Alfonso VIII. Regis Castellae conjugis, ut refert Egidius Gonzalez in thesauro ipsius Ecclesie Burg.

f. *Contra personas.*) Quia adhuc attestacionibus non erant publicata, alias non liceret in personas, sed tantum in testimonio opponere, atque obviare, cap. *presens, probavi, hoc tit.*

g. *Ad reprobandum testimonium.*) Sicut instrumentum alio instrumento merito rescindi potest, l. 2. *C. si minor se minor. l. penult. C. de contrah. stipul. l. generaliter, C. de non num. pecun. l. penult. c. de testibus probant possunt femel, & iterum, ita testes alii testibus probant possunt femel, & iterum, non deinceps, nisi nullus esset litium finis, si testes reprobandos alios resellere liceret, & tunc eos per alios testes partes reprobande intendunt: unde sentus hujus textus in hac parte singularis est, quod testes probatorios, & eorundem reprobandos resellere licet, reprobandos autem reprobandorum reprobande, & impugnanone non licet, idque propterea, ne processus in infamum protendatur: & quia hec reprobandio tantquam odiosa restringenda est, computatur hac triplex productio, sive actor & reus utrinque probatorios testes in principali negotio simul induxerit, quo casu servatur equalitas inter utramque; sive etiam solus actor primo produxerit: quod si adversarius convenit reprobandos producat, eodemque actor deinde reprobande, non admittitur reus conveniens ad ulteriolem reprobandionem, nec potest iniquitas hinc ulla colligi, quasi ex illis tribus productionibus una tantum reo convento, & datur actori competant, tum quia reus sibi imputare debet, cur suos probatorios testes non induxerit, tum quia si ipse reus solus ad probandum exceptionem testes produxerit, idem in auctore contingat predictos testes impugnanone volente, cap. 2. *hoc tit. in 6.**

COMMENTARIUM.

Cajacius in presenti existimavit controversiam, de qua in hoc textu, veritari inter Episcopum Burgensem, & Clericos S. Mariz de Zoris, super quibusdam possessionibus, & jure eligendi Episcopum Sede vacante: sed fallitur perdoctus hunc nam is tractabatur inter Episcopum Burgensem, & Clericos Ecclesie Sancte Marie de Castro Geriz, super jure eligendi propriam Pralatam, quem eligere intendebat Episco-

pus Burgenfis: & super pluribus possessionibus, & rebus, quibus predicti Clerici se ipsos esse conquerantur. Et licet ex accidenti, Sede Episcopali Burgenfi vacante, testes recepti fuissent, ut in presenti refertur, & in cap. *constituit, de Sede vacante*, tamen tunc iam cum Episcopo Burgenfi ageretur, ut refertur ab Innocentio III. lib. 1. *regul. cap. 12. dist. 61.* ubi cum refertur causa hujus iuris, & cum non libetam intra corpus juris, transcribere deservi. Sic ait Innocentius: (Cum in causa, que inter Burgensem Ecclesiam, & Clericos Sancte Mariz de Castro Soris, super quibusdam Ecclesiis & rebus alius vertitur, ad dilectum filium Abbatem de Retorta, & Priorem de Cornibus fuerint a Sede Apostolica littere impetratae: ipsi reputantes venerabilem fratrem nostrum Burgensem Episcopum coartum, in eorum petituram possessionem causa rei servanda partem induxerunt adversam. Verum cum super eorundem processu, quem memoratus Episcopus, utpote post appellationem ad nos legitime interpositam acceptatum, revocari petebat, inter ipsum & partis adversae procuratorem fuit in nostra presentia diutius litigatum, fallere fuit demum a nobis de ipsorum voluntate provium, & ne iam supradictarum rerum omnium possessione, quam etiam fructibus, quos nunc possunt dicti Clerici restituere, praesto Episcopo restituitis, de restituendis aliis, quam cito se facultas obtulerit, idoneam exponant dicti Clerici cautionem: ad quod eos, si necesse fuerit, per vos volumus, & mandamus appellatione remota, excommunicata censura compelli. Postmodum autem Episcopus petit coram nobis, ut Clericos ejusdem Ecclesie, qui post interdictum ab eodem Episcopo, & excommunicacionis sententias a Palentino electo & suis conjudicibus delegatis a nobis, propter eorum contumaciam rationabiliter promulgatas, divina praesumpta officia celebrare, praestatis sententis vilipensis, poena dignetur canonica castigare, ac quorundam eorum corpora faceremus de cetero Ecclesiastico exhumari, que interim fuerant tumulata. Procurator vero predictus, tam super libertate libere sibi eligendi Pralatam, quam etiam super testibus ipsius Ecclesie, medietate domorum, molendinorum, vinearum, & hortorum, ad ipsam Ecclesiam in eodem Castro spectantium, & Ecclesiarum, ac terrarum ejusdem Castri, & circum adjacentium Eremitarum: item S. Nicolai, S. Domini, S. Caxilie, S. Jacobi, S. Stephani, S. Joannis, S. Michaelis, & S. Eulalie Ecclesiarum, & Eremitarum circum adjacentium eis: rursum S. Michaelis de Tavarena, S. Stephani de Castriello, S. Mariae de Villaflos, S. Martini, & S. Andrea Ecclesiarum cum adjacentibus eis Eremitarum universis: Terrarum quoque, ac vinearum, & molendinorum medietatis, & de Arnelas, & de Palacios, & de Fierro Ecclesiarum: necnon & de Pontifero, & de Penejosa, & de Villa Viridis, & de Alcobella, & S. Cypriani Ecclesiarum, ac Eremitarum omnium circum adjacentium eis: Procuracionum quoque & obedientiarum, & interdictorum de Valbonella, de Fonte-Lesina, & de Valvachera, & de Valvis Ecclesiarum, & medietatis de solaribus, hortis, terris, vineis, molendinis Ecclesiarum de Villa Strigo, & circum adjacentium Eremitarum, & Villamara, & de Villaquara Ecclesiarum, terrarum & vinearum Ecclesie de Valdemoro cum adjacentibus, eis Eremitarum universis: de Quintanella quoque, & de Fontan, de Castellana, & de Villa Ajos Ecclesiarum: medietatis insuper de solaribus, terris, hortis, vineis, & molendinis Ecclesie de Panos, & de Penekrola, cum Eremitorio, & de Pedrola cum circum adjacentibus Eremitariis: Sancte Eugenie, & S. Joannis de Pilverga Ecclesiarum, ac instituti Pralatos, & Archiepiscopos in eisdem & hereditatis eisdem apud Ormazza restitutionem humiliter postulavit. Petit quoque, ut quaedam res mobiles, scilicet thoribulum, & scyphum argentea, mulam, & mulam, centum oves, & tria iuga boum, cum apparatibus suis, duodecim porcos, & sex modios panis, dollum vini, gallinarum quoque, & anserum, ac valentiam annonarum, que predictus Burgen. Episcopus tres menses in quadecim equitatis expendit: tapeta duo, lanceamina tria, & totidem pulviniaria; mantas tres, calcitrant unam, manilla quatuor, fogam carralem de corio, ferum caldarum, acerum, tres azardos, videntem azardos, quatuor cassas foucellis plenas, quatuor sacra, & auricularia tria, cooperitorum unum, necnon & lectam de corio, cappam de Villa Ajos ad villam de Sibus tunc temporis depositam: duas cuppas alias de civitate Burgen ablatas, & aliam venditam in Levis, scannam tria, carram ferream, quibus omnibus pars sua spoliarum fuerat, ei restitui mandavimus. Adiecit insuper quod dicitur Burgen. Episcopus clares Sacriste abstinuit violenter a codicem privilegiorum ablatum non reddidit, donec ea qua contra ipsum, & suam Ecclesiam in eo continebantur, abrahit: quodam nihilominus detinens, que delegati a nobis iudices sub excommunicacionis poena restitui praecerant. Que omnia sibi procurator predictus cum fructibus perceptis ex eis restitui postulabat, & super his satisfacionem sibi congruam exhiberi. Lite igitur coram nobis super praemissis legitime contestata, quia super utrumque propositis nobis non potuit fieri plena fides, causam ipsam de ipsorum Episcopi, & procuratoris assensu vobis duximus committendam, per Apost. scripta mandantes, & quatenus ablati Clericis ejusdem Ecclesie ad cautelam, auditis causam; & eandem, si de partium voluntate processerit, ap. rem. sine debito terminatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Alioquin ipsam sufficienter in-

structam ad nostram presentiam remittatis, praesentes partibus terminum competentem, que de nostra conspectui representent, iustam, auctore Domino, sententiam recepturae. Testes autem qui ab utraque parte fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem

appel. remota cogatis veritati testimonium perhibere. Nullis litteris obstantibus, praeter assensum partium a Sed. Ap. petentis. Quod si omnes his exequendis, &c. D. no vestram ex nihilominus exequantur. Datum Roma apud S. Petrum IV. Kal. Maji, anno tertio decimo.)

C A P U T L.

Idem Proposito, & Magistro Galfrido, & Richardo de Lauduno Canonici a Rhemensibus.

Presentata nobis Garaudi b. Sueffionensis Archidiaconi peticio continebat, quod, cum inter quondam Richardum praefectorem suum ex parte una, & Capitulum S. Petri Sueffionensis ex altera, super e jurisdictione, quam idem Archidiaconus se in dicta Ecclesia ratione Archidiaconatus proponere habere, questio verteretur, tandem de viroborum bonorum consilio Bernardum Cancellarium Parisiensem, & Magistros Radulphum Rhemen. & Petrum Brion Clericos super hoc arbitros elegerunt, qui cum suscepto arbitrio ad in praedicto negotio processissent, quod productis testibus, & depositionibus publicatis eorum, receptis allegacionibus, utroqueque actis omnibus a redactis in scriptis, & sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, eisdem differentibus pro suo libito voluntatis, unus ipsorum viam fuit universa carnis ingressus, & alius est in Archiepiscopum Ebreundum assumptus, qui distat per duodecim & dictas & amplius ab eisdem; unde cum praedicto R. solo minime f. arbitrari valente, videatur arbitrium expirasse, nobis humiliter g supplicavit, ut viris discretis, qui secundum arbitrii aca praedicti ad decisionem causae procedere debeant, scribere dignemur. Ideoque disc. v. m. quod si est ita, causam ipsam juxta hujusmodi acta, sub lato ap. obit. sine debito terminatis, optione tamen eidem Capitulo secundum functiones b. legitimis reservata, ut vel recipient depositiones eorum, qui superfuerint, productorum testium contra eos, vel eandem respuentes, consentiant ut iidem testes iterum admittantur; salvo tamen jure, quod in utroque casu eidem Capitulo competit, tam in testium personas, quam in dicta.

NOTAE.

R. *Rhemensibus.*) Ita restituenda est praesens inscriptio ex quinta compilatione Honorii III. *sub hoc tit. cap. 3.* ubi refertur presens decisio. De Ecclesia Rhemensi plura addaxi supra.

b. *Sueffionensis.*) De Ecclesia Sueffionensi nonnulla notavi supra.

c. *Super jurisdictione.*) Quam habere poterat Archidiaconus ratione conductu ad legitime scripta, ut probavi in cap. ad hoc, de offic. Archid.

d. *Redactis in scriptis.*) Per notarium, non vero per ipsos arbitros, ut exponit Beronius in capite quoniam, de probat. n. 76. c. *Dietas.*) Quomodo computentur dietae in utroque jure, expostui in cap. nonnulli 27. de rescript.

f. *Arbitrari.*) Juxta adducta in c. uno, de offic. deleg. ubi haec verba late explicavi.

g. *Supplicavit.*) Ex hoc textu recte probatur, quod licet

compromissum ad successores non transeat, nec ad heredem, cap. final. ubi probavi, de arbitris, tamen si compromissum factum sit a Pralato super re ipsius dignitatis, ut factum fuit hic ab Archidiacono, etiam non facta successores mentione, ad successorem transit. Covar. in cap. requisisti, quod. 8. de testam.

h. *Sententia legitima.*) L. penult. Cod. de arbit. l. ult. Cod. de testib. juxta quas si ante litem contestatam in iudicio summario postulare produci testes, & postea in iudicio plenario late contestata iterum postulare super eadem re, etiam si publicati ante litem contestatam fuerint, c. veniens 38. hoc tit. multo magis & producti in iudicio arbitratorum recte producantur in sequenti recto, & ordinario iudicio, maxime consentiente eo, contra quem producantur, cui datur optio in d. l. penult. recipiendi eos testes, perinde ac si in iudicio ordinario testimonium dixissent, vel consentienti, ut iterum in iudicio ordinario testimonium dicant, ut jam notavi in cap. causam 12. hoc tit.

C A P U T L I.

Idem a Parmensi Episcopo.

Nuper nobis A. Presbytero supplicante, ut cum ipse ordinem Fratrum b. Minorum causa probationis intrasset, & exinde nulla facta professione, infra e annum exisset, super hoc providere misericorditer dignemur: nos tibi dedimus in mandatis, ut si res taliter se haberet, denunciaret ipsi, & fratre Joanne in partibus tuis f. Minorum Fratrum Custode, cum quibusdam aliis propter hoc in tua presentia constitutis, dictus Custos ad probandum, quod idem presbyter professorem perfectisset, quosdam & Ordinis sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc (contradictis presbytero) non jurati: unde praefatus presbyter asserbat, eorum testimonium nullum esse; praedicto replicante Custode, quod secundum Ordinis sui f. regulari iure non poterant, nec debebant, sed eorum verbis simplicibus in hujusmodi standam erat. Quare nos humiliter supplicasti, ut quid agendum sit tibi, te redderemus nostris litteris certiorum. Nos ergo f. t. breviter respondemus, quod nullius testimonio, quantumcumque Religiosus existat, nisi g. iuratus deposuerit, in altius praedictum debet credi.

NOTAE.

a. *Parmensi Episcopo.*) In sexta collectione legitur Penlemensi Episcopo, Cajac. autem in presenti, nescio quoniam fundamento, extitit legendum esse Molinensi: in quinta vero compilatione, ubi *sub hoc tit. cap. 4.* reperitur hic textus, legitur Parmensi: sed retinenda est lectio Penlemensi, ut jam probavi Cironius in notis ad hunc textum. Penlemensis civitas est in Italia, in Vestinis, quam Chica di Penno vulgus appellat: civitas est perantiqua, Paulus Diaconus lib. 2. c. 19. & jam notavi in c. qualiter, de elect. Guaderico electo in Episcopum Penlemensem ex ordine Carthusiensis anno 1200. missi est presens decisio, ut notavi ipse Ciron. in appendice ad notat. fol. 98.

b. *Fratrum Minorum.*) D. Francis, qui Minores vulgo appellatur.

c. *Intra annum.*) Qui annus probationis dicitur, sive noviciatus in eodem Ordine, c. 2. 17. q. 2. c. ad Apostolicam, & c. ex parte, de regul. ubi dicitur; & eo pendente, ac nulla facta olim professione, tacita, vel expressa, licebat propria auctoritate resilire a monasterio.

d. *In partibus Minorum Fratrum Custode.*) Custodem hic interpretatur Cojucius, & Cironius in presenti, Guardianum. Sed majorem Fratrum Minorum Ministrium, Custodem, de quo hic agitur, fuisse constat ex illis verbis, & in partibus tuis, non aut Honorius in illa, vel illa dicitur, sed in partibus tuis. Unde credo Custodem hic accipi pro Provinciali, seu D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

Custode, qui olim in ordine Seraphico Fratrum Minorum usu venerat; apud eos enim Custos aliquando accipitur pro Ministro Generali, ut in cap. 8. regule, ubi dum agitur pro quibus rebus deponendus sit Minister Generalis, dicitur, quod tunc fratres illi, quibus electio data est, in nomine Domini alium possint sibi eligere in Custodem. Aliquando sumitur pro Ministro Provinciali in eodem capite 8. ibi: *Et si aliquo tempore appareret universitati Ministrorum Provincialium, & Custodem.* Erant etiam apud eos olim alii Custodes, qui praesidebant certis Guardianis, & parebant Ministris Provincialibus, de quibus jam oblietis agit Pr. Emmanuel Rodriguez in Manuali Pralato tom. 2. quod. 18. art. 1. Unde Custos in presenti accipi debet pro Custode Ministro Provinciali, qui in partibus illis praerat.

e. *Ordinis sui.*) Cum enim per eos tantum probari possit professio, tamquam in Capitulo facta, testes ejusdem communitatis, & Capituli admittuntur, cap. 6. ubi jam notavi, hoc tit. Balboa in c. 3. loca, de probat.

f. *Regulam.*) Monachi, ac religiosi iurare passim prohibitum reperitur in regula S. Perreoli, c. 23. in regula Cesaris Arelatensis ad Monachos, cap. 4. Conell. Aquigran. act. 43. ibi: *Ut non sint licet sermone iuramenti, aut assercionis profere nisi sicut 55. PP. soliti fuerant loqui.* Quamobrem lib. 2. *legum Long. tit. 47.* prohibetur Episcopis, presbyteris, clericis, & monachis, & sanctimonialibus iurare, etiam in iudicium citatis; non quia iurare, modo adfit veritas, iustitia, & iudicium, sit malum, cap. est Christus, de iurjurand. qui et-



ror fuit Hum litorum, damnatus in capite ad abolendam, de hereticis: fed quia affidue jurare malum est, juxta illud Ecclesiasti. Vir maledictus jurans, reprobitur iniquitate, & non discit a domino eius placari. Iacobi 2. v. 12. Antu omnia frater nolite jurare. Illustrat Vadingus ad epist. D. Frane. tom. 4. fol. 249. Si tamen adesse necessitas, ut in casu testimonii perhibendi, nulla regula prohibetur, imo suis Tertiaris Seraphicus Pater permisit jurare, cap. 22. lux regula: "A juramentis autem solemnibus omnes abstineant, nisi necessitate cogente, in casibus per indulgentiam Apostolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calamita, & testimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis venditionis, & donationis, ubi videbitur expedire.

g Nisi juratus.) Certum est, testes juramento non præstare non probate, nec fidem facere contra alios, casu, §. C. p. 1. in 2. q. 3. c. penult. 3. q. 9. cap. si testis. §. item a. 3. c. hinc in 3. q. 9. c. i. ubi notavi, hoc tit. i. p. 1. q. 3. c. 8. c. ad. & cavetur apud Vringobos lib. 2. tit. 4. & tit. 7. apud Gallos cap. apud Bajub. tit. 16. Ripuar. tit. 70. Apud Atheniensis ita cunctum erat: Testes jurati testimonium dicunt. De eis Valer. Maxim. lib. 2. c. de Massi. ibi: Cum testimonium dicere cœssit ad verum accessisset, ut more eius civitatis juraret. Probat Samuel Petrus ad Jus Atticum lib. 4. tit. 7. fol. 349. quam necessitatem juramenti in testibus a jure divino provenire existimavit Mancinus de testibus juris collat. c. 107. cui munere affertur, cum passim videamus, remitti hoc jurandum a patribus.

C A P U T L I I I .

Idem a Corosopit. & b Trecorensi Episcopis, & Abbati sanctæ Crucis c Camparell. Corosopit. diocesi.

Venerabili fratri n. Episcopo, & dilectis filiis Capitulo Corosopitensi, ac universis Abbatibus apud Cistercium in generali Capitulo congregatis, multisque aliis Episcopis, & religiosis, una cum Abbate & Conventu monasterii S. Mauricii Cisterciensis Ordinis, Corosopitensis dioc. olim nobis infirmantibus, pie memoris Mauricium Abbatem præfati monasterii divino munere claris consensu miraculis, adeo ut monasterium ipsum quodam usurpatione usum, seu potius quendam anticipatione futuri nominis, ab ejus nomine nomen fortiaur, & humiliter supplicibus, ut ipsum annumerari Sanctorum catalogo e faceremus: quia quod populus devota præsumptione, sicut diximus, nunc usurpat, seu forsitan divino instinctu anticipat, illum appellando Sanctum, & absque auctoritate Sedis Apostolicæ venerando, rite tandem jussione Apostolica faciat ad gloriam Christi, & nominis Christiani. Nos eorum devotis precibus in quantum decuit, annuentes, v. f. n. f. Episcopo Leon. & dil. fil. Abbati S. Gualcei de Landevenech Corosopit. dioc. per nostras dedimus b litteras in mandatis, ut inquirent super dicti viri vita, & miraculis diligentissime veritatem, & cum nobis fideliter intimarent, ut ea plene cognita, pro supplicantiæ desiderio plenus annuere valeamus. Iidem autem Episcopus, & Abbas quondam nobis paginam transmiserunt, propriorum sigillorum appenditione munitam, in qua multa quadam, & magna miracula continentur, facta, ut dicitur, a Domino meritis dicti viri: que licet probata per testes juratos, & nominatos in ipsa pagina innuantur, non tamen apparer per paginam sacerdotum, quod ipsos testes examinaverint sigillatim, & quod eos super his, de quibus testificati fuerunt, ac circumstantiis cum ea interrogaverint diligentia, quæ solet, & debet in testium receptionibus adhiberi: unde licet humana devotio prompto affectu debeat honorare, quos dignatio divina benignitas honorat, tutius tamen esse censuimus hoc differre negotium, quam in eo sententiam minus considerate proficere. Nolentes autem superne gratie esse muneri, sed adesse, disse. v. mandamus, quatenus testes, quos Abbas, & monachi dicti loci super vita & miraculis dicti viri duxerint producendos, examine prudenti, ac diligenter, ut moris est, interrogare curetis, & depositiones eorum nobis sub sigillis vestris inclusas fideliter transmittatis, ut in ipso negotio cum diligentia, & maturitate debita procedamus.

N O T Æ .

a Corosopit. ) Ita legitur in quinta compilatione Honorii III. edita a Cironio; & in registro ipsius Honorii III. lib. 1. ex quo transcripsit textum hunc Manrique tom. 4. annal. Cister. anno 1123. c. 1. nam, & Corosopit civitas est Britannia minoris, cujus civis Cuthofolite dicitur. Habet Ecclesiam Cathedralis S. Corentio dicatam, suffraganeam Archiepiscopi Turonensis, cujus Prasali Raynalpho dicto missa est præfens decisio, qui temporibus Honorii III. floruit, ut testatur Cironius in notis ad hunc textum, Chenu in serie præf. ipis Bædies, n. 25.

si, & nominis Christiani. Licet igitur quos divina honorat dignatio, humana devotio prompto debeat affectu venerari, quia tamen Apostolica Sedes in talibus cum multa maturitate procedere consuevit, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus inquiretis super dicti viri vita, & miraculis diligentissime veritatem, & nobis per litteras veritas fideliter intimemus, ut ea plene cognita, pro postulanti desiderio securus annuere valeamus. Datum Laterani secundo Nonas Decembris, anno sexto. Vita & miraculis. ) Et recte; nam cum miracula etiam per malos ope demonis aliquando fiant, ut dicimus in dist. c. 1. de relig. non solum super miraculis inquirendum erat. k Examinaverint sigillatim. ) In quocumque enim negotio testes singuli sigillatim, non turmatim sunt interrogandi, & per inquisitionem, §. 1. de accusat. c. 2. eod. tit. in 6. & in legibus Longob. etiam cavetur, tit. de testibus, cap. 3. §. 1. ut fecit Daniel, qui testem interrogavit impudicus pater; si enim simul testes examinauerit, aliter alteram infirmitatem, eundem sermonem omnes profertur: docet Farinacius de testibus q. 8. Mancinus de testibus juris collat. c. 203. Barb. de potest. Episcop. alleg. 97. num. 30.

d Monasterium S. Mauricii. ) Anno 1148, a Cisconio III. Britanniz Duce constructum fuisse monasterium prædictum, refert ex Gallia Christi. Illustrissimus Manrique tom. 2. annal. anno 1150. c. 11. in 9. sed post mortem Mauricii ejus primi Abbatis, de cuius canonizatione hic agitur, mutato nomine dictum fuit monasterium S. Mauricii.

l. 1. §. in 2. q. 1. de his qui non infam. leg. non debet 12. ff. de dolo, l. neque, ff. de vi & vii leg. cessat 36. ff. de O. C. §. A. docent 13. ff. de Decur. leg. Imperator 22. leg. Athletas, §. Pompeianus, ff. de his qui non infam. l. fin. ff. de præcur. leg. ubi 8. ff. de eo quod meos caus. leg. non damnatus, C. ex quibus caus. infam. leg. nam postea 9. §. si damnatus 2. l. si duo 13. §. idem, ff. de jurat. leg. in servorum 10. §. in penis, ff. de penis, l. qui cum maior 14. ff. de bonis liber. leg. neque 56. ff. pro feco, l. 13. C. de furris, junctis traditis a nostro D. Franco, de Amayo in l. unie. C. de infamib. lib. 10. l. 1. tit. 3. cap. 5. Villaroz. tom. 1. regim. Eccl. p. 1. q. 1. art. 7.

Tit. XX. De testibus, & attestatioibus. C A P U T L I I I I .

a Gregorius IX.

Um clamor validus contra b Acherontinum Episcopum super simonia, & aliis criminibus ascendisset, e Melphiten. & d Ruben. Episcopis ledimus in mandatis, ut super his diligenter veritatem inquirerent. Et infra: Verum qua avertis attestatioibus L. & G. super simonia ita deposuere confute, quod ex dictis eorum non potest veritas declarari, mandamus, quatenus examineis eos e iterum diligenter, & tam eorum quam aliorum, quos receperitis, testificata sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

N O T Æ .

a Gregorius IX. ) Non constat cui missa fit hæc decretalis; existimo tamen sapientem esse inscriptionem ex epigraphæ textus in c. in tantum 4. de collat. de reg. ubi etiam de hæc inquisitione contra Acherontinum præsum agitur: & ita legendum in presenti, Gregorius IX. Baronsi Archiepiscopo, & Fr. Josepho monacho Florent. b Acherontinum.) Acherontina civitas est Apulie, Acerecia vulgo dicta. Livius lib. 8. Justus ejus Præful subscripti Syndico primis Romanæ sub Symmacho. c Melphitensi.) Melphis Neapolitani regni nobilis civitas,

Apulie janua, ad radices montis Vulturis, in collibus posita est, quam ab occasu aluit flumen Melphita dictum, unde nomen assumpsit. Habet Ecclesiam Cathedralis B. Virginie Mariæ dicatam, de qua, & ejus Prasulibus plura congestit Ughel. tom. 1. Ital. sacre, fol. 991. d Ruben.) Rubensis civitas, vulgo Rubo dicta, habet etiam Ecclesiam Cathedralis suffraganeam Archiepiscopi Barensis. e Iterum diligenter.) Testis, qui ita obscure respondit, & ambigue, ut incertum reliquerit interrogantem judicem, interrogatus non creditur, l. de teste, §. nihil, ff. de interrogat. in jure faciend. unde iterum super eisdem articulis interrogari valet, c. per tuas 48. hoc tit. ubi jam notavi.

C A P U T L I V .

a Idem.

Testimonium ejus, cui ab adversa parte opponitur crimen, merito reprobat in criminali causa, seu civili, si in ipso crimine perseveret. Si vero sit de crimine emendatus, & cum non comitetur b infamia, non est in causa civili, vel etiam cum de crimine civiliter agitur (præterquam pro reatu perjurii) repellendus. In criminali autem, si in alio d judicio instituta accusatione contra ipsum, de crimine e convictus extitit, vel confessus, vel si nunc per exceptionem exinde convineatur, aut gravata sit ejus opinio pro eo, quod quandoque fuit tali modo reputatus, quamvis in hoc casu non excluderetur in causa civili, potest a testimonio (licet egerit penitentiam) removeri.

N O T Æ .

a Idem. ) Gregorius videlicet IX. qui motu proprio, non ab aliquo consultus, præfentem edidit constitutionem ex principibus utriusque juris, tam Canonici, quam Cæsarei. b Infamia.) Sed cum infamia multiplex sit, & varia, de qua accipiendus est præfens textus, videamus? Et certe infamia nihil aliud est, nisi bona fame privatio, seu diminitio; nam cum fama sit illæ dignitatis status, atque in nullo diminitus, leg. cognitionem 5. ff. de variis & extraordinariis criminibus. e contrario infamia est illius status diminitio, que per privationem fame contingit. Suarez de censuris dist. 48. sect. 1. n. 1. Mancinus controu. sac. tit. 9. Philippus Matthæus in collect. dist. 8. P. Herodius lib. 3. Pandect. tit. 7. & cum hæc diminitio ex variis causis proveniat, adeo ut diversas species comprehendat, juris Cæsarei interpretæ eam dividunt in infamiam facti, aut juris. Canonistæ autem tertiam addunt, videlicet infamiam canoniam, Glossa verbo infamia, in c. infama, §. porro 2. q. 5. Infamia juris appellatur illa, que ex facta oritur a jure approbato; a. leg. cognitio, §. assistentio; quæ exempla extant in leg. 1. in pre. vers. per eum, leg. 1. C. postum, ff. de his qui non infam. leg. 1. §. renovat, ff. de postul. leg. palam 42. §. que in adulterio, ff. de ritu nupt. leg. infamia, C. ex quibus causis infam. c. excommunicamus, de heret. c. infamus, vers. Aliguando, q. 4. 7. illius vero, que per condemnationem incurritur, habemus textus diversos in dist. 1. 2. §. in iudicio, l. fuerit 6. leg. Athletas, §. calumniator, ff. de his qui non infam. l. 1. ff. de sepulchris violat. leg. 1. §. sed non utique, ff. ad Turpil. l. infamem 7. ff. de public. iudic. nonnulli Donellus lib. 18. comment. c. 8. t. 5. de iustitia & iure, tract. 4. dist. 9. Infamia vero facti dicitur quædam fama non notetur, tamen apud honestos, & graves viros existimationem ledit, l. 2. §. de obsequ. leg. eo que, Cod. ex quibus causis infam. leg. 2. C. de delictis, lib. 11. de qua accipiendi sunt textus præfentes in illis verbis: Aut gravata sit eius opinio: & c. licet 9. de probat. leg. fratres 29. C. de inoff. testam. exempla extant in leg. ob hoc 20. ff. de vi & vii leg. cessat 36. ff. de O. C. §. A. docent 13. ff. de Decur. leg. Imperator 22. leg. Athletas, §. Pompeianus, ff. de his qui non infam. l. fin. ff. de præcur. leg. ubi 8. ff. de eo quod meos caus. leg. non damnatus, C. ex quibus caus. infam. leg. nam postea 9. §. si damnatus 2. l. si duo 13. §. idem, ff. de jurat. leg. in servorum 10. §. in penis, ff. de penis, l. qui cum maior 14. ff. de bonis liber. leg. neque 56. ff. pro feco, l. 13. C. de furris, junctis traditis a nostro D. Franco, de Amayo in l. unie. C. de infamib. lib. 10. l. 1. tit. 3. cap. 5. Villaroz. tom. 1. regim. Eccl. p. 1. q. 1. art. 7.

in causis civilibus, quam criminalibus, leg. 3. §. lege Julia, l. quæstium 13. leg. Sæto 14. ff. de testibus, c. testes 39. 2. g. 7. multi 3. q. 4. cap. constitutus 3. q. 5. cap. infamæ 17. 16. q. 1. dist. c. licet, de probat. Cavallos comm. qu. 396. Farinac. de testibus q. 56. Similiter infamia facti notati in criminali causa accentur a ferendo testimonio, ut ex præfenti textu in illis verbis, Gravata sit eius opinio, tenent Abbas, Felinus, & ceteri repetentes, pluresque congesti a Fragolo de regim. Crisp. Resp. p. 1. lib. 5. dist. 13. nu. 8. leg. 3. §. lege Julia, ff. de testib. ibi: Quæ in vinculis custodiatur publica erit. Quæ verba procul dubio de infamia facti accipienda sunt, cum propter carcerem, & vincula non incuratur infamia juris, leg. 1. Cod. ex quibus causis infam. Præg. Circa causas vero civiles, an admitteretur infamia facti notati? non liquet apud latepres. Et negant admitti Cardinalis in præfenti, Accursus in d. 1. 3. m. 1. ex ipsa lege 3. in illis verbis: Inculpata vita. Et capitula h. de probat. ibi: Utiq. ad ea mala famæ, & levis opinionis. Sed contraria sententia verior est, & probatur in illis verbis hujus textus, quamvis in hoc casu non excluderetur. Docet Glossa h. de probat. quem sequuntur Bohic. n. 17. Barbuta, & Covar. in præf. cap. 1. m. 1. in causa autem mixta non admittatur facti infamia notati, c. ex parte, hoc tit. nec in criminali civiliter intentata, c. per tuas 32. §. testes, de simonia; nec in causa civili arda, cum acquiretur criminali, c. 1. de testib. spet. et est matrimonialis. Textus singularis in c. 1. de excepti, qui de causa matrimoniali agit, & docet quocumque infamia notatos repellendos esse a testimonio perhibendo. Non tamen his infamibus infamia facti notatis plena fides adhibetur, & integra, sed aliquatenus diminita, de qua accipiendi sunt textus in leg. 3. ff. de test. junctis traditis a Brochorff. canonistis, cent. 9. assert. 95. d. cap. licet, de probat. cum Panormit. ibi, num. 6. & in c. 1. de excepti. n. 7. ubi etiam Baldus nu. 8. De notatis infamia canonica infra agemus in solutione rationis dubitandi: unde apparet, prædicta verba hujus textus, non comitetur infamia, accipienda esse de infamia facti ora ex crimine, quod testis existimationem apud bonos, & graves viros diminuerat, ut docet hic Casac.

c Pro reatu perjurii. ) Sed perjurus est infam. c. infamæ, 6. q. 1. c. constitutus, 7. q. 1. igitur jam comprehensus erat verbis illis antecedentibus generalibus, non comitetur infamia; nec necessaria erat nova exceptio casus perjurii. Cui difficultati, omnia sententia Glossæ in cap. quicquidus, 6. q. 1. Baldi in præfenti, n. 5. Abbas in 6. Felini num. 20. responderunt, ideo specialiter excipi perjurium, & non ceteri comprehensum sub regula generali infamæ, quia perjurus magis repellitur a testimonio ex causa perjurii, quam propter infamiam; quia exceptio perjurii afficit omnino, & immediate fidem testis, ut communiter hoc docetur, & probant textus in c. ex p. 7. hoc tit. c. quicquidus 6. q. 1. c. si quis convictus, c. porculis 23. q. 5. l. 4. tit. 51. lib. 2. legum Longob. ibi: " Ut qui semel perjurus fuit, nec testis sit post hoc, nec ad Sacramentum accedat, nec in sua causa, vel alterius jurator extitit. "

d In alio judicio. ) Sed res inter alios acta alius nec nocet, nec prodit, l. 1. C. res inter alios, l. 1. C. de re judic. c. cum super, c. pen. ubi dicimus, eod. tit. ergo testis convictus, vel damnatus in uno judicio, inter alias personas in diverfo judicio a perhibendo testimonio repellit non debet. Sed respondendum est, supra traditum utriusque juris principium procedere







